DE

AEMORRHAGIA UTERI GRAVIDI

DISSÈRTATIO
INAUGURALIS MEDICA

QUAM
NSENSU ET AUCTORITATE GRATIOSI
MEDICORUM ORDINIS
IN
INIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI
UT SUMMI
MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR
DIE VI M. IULII A. MDCCCXXI
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET

AUCTOR
OLPHUS HENRICUS KROEBER
SILESIUS.

OPPONENTIBUS
CRAMER MED. DR.
LIEBER MED. DD.
KELSCH MED. CD.

BEROLINI
FORMIS BRUESCHCKIANIS.

Nos et refelli sine iracundia parati sumus.

Cicero. Tusc. II.

VIRO

CLARISSIMO EXPERIENTISSIMO

I. F. M. KRUTTGE

MEDICINAE DOCTORI, AUGUSTISSIMO BORUSSORUM REGI IN REBUS MEDICIS A CONSILIIS, ORDINIS CRUCIS FERREAE EQUITI, IN PRINCIPE SILESIAE URBE PHYSICO ET MEDICO CLINICO FELICISSIMO AC MERITISSIMO, PLURIUM SOCIETATUM LITTERARIARUM SODALI ETC.

FAUTORI SUO SUMMOPERE COLENDO

HASCE LITTERARUM PRIMITIAS

VENERATIONE ET GRATISSIMA MENTE

DUCTUS

DEDICAT ET OFFERT

AUCTOR.

Prooemium.

Pavidus quidem, sed antiqua ac venerabili lege adstrictus, officium materiae pertractandae subeo, in qua ex largo artis nostrae thesauro eligenda, tironi, omni fere experientia destituto, per breve tempus vix artis rudimentis imbuto, saltem haud parva obstant, nam in quamcunque disciplinam vertatur, et quamlibet sibi elegerit materiam pertractandam, in vituperationem incurret, quod difficilius quid tractatu perscrutandi, consilium ceperit. Quare omnes, quibus haec mea dissertatio in manus inciderit, ut memores sint, rogo, illam a me scriptam esse, non ut medicinam locupletarem, sed ut hac occasione oblata uterer, qua mihi accuratiorem cognitionem de uteri gravidi Haemorrhagiis pararem.

§. 1.

Variant haemorrhagiae uteri gravidi, et tempore, quo contingunt, et cruoris copia, quae excernitur, et effectu, qui easdem sequitur; variant causae, a quibus nascuntur, quare duplicem ordinem profluviorum sanguineorum uteri gravidi bene distinguimus, alterum qui intra sanitatem, alterum qui intra morbum versatur. Haud raro enim per graviditatem etiam menses fluunt, nec graviditas eo periclitatur, quamquam Hippocrates dixit: 1) „Si mulieri utero gerenti purgationes eant, foetus ut bene valeat fieri non potest,“ tamen experientia docuit, dummodo sanguinis iactura non nimia facta fuerit, inde graviditati non periculum exoriri, 2) quoniam tunc sanguinis secretio in inferiori parte circa orificium uteri aut in ipsa vagina

1) Sectio V. Aphor. 60.

2) Van Swieten Comment. in Boerhaavii Aphor. Tom. IV. p. 494.

bsolvitur, quin etiam non exemplis caremus, quibus
ıenses tantum per graviditatem fluxisse observati
unt. 1) Alter vero haemorrhagiarum ordo semper
naius minusve corpori muliebri periculum, et ple-
umque graviditati perturbationem affert, qua data de-
nitione hic profluviorum ordo exacte a physiologico
upra memorato distinguitur.

§. 2.

Morbosa haec haemorrhagia, de qua uberius nunc
ɔcuturus sum, nulli certo typo subiecta, non
olum se ruptura vasorum, sanguinem ab utero ad
lacentam foetalem vel ad membranam deciduam
lunteri ducentium, nascitur, sed e congestionibus quo-
ue versus uterum 2), e qua causa saepius in utero
on gravido haemorrhagiae originem ducunt. Accidit
lerumque primis graviditatis mensibus, et procul
ubio ex eo, quod tunc temporis placenta uterina

---

1) Roederer opusc. p. 400.
Mauriceau Traitè des maladies des femmes grosses Tom I. p. 155. foeminae exemplum refert, infantum viventium matris, quae semper per graviditatem rite menstrua effuderat, donec sexto praegnationis mense sponte silebant tributa lunaria nihilo tamen minus termino naturali semper peperit.

2) Carus Lehrbuch der Gynaekologie. Leipzig 1820. Tom. II. §. 1077.

nondum in certum uteri locum contracta est, sed fere totam superficiem internam inducit, quo omnino rupturae vasorum faciliores redduntur. Porro illo tempore vasa sunt tenera et mollia etiamque typus menstruus summi momenti in systema genitale est, quare certis temporibus maior sanguinis vis versus uterum ducitur, ex quibus haud difficile intellectu erit, cur haemorrhagiae plerumque secundo vel tertio graviditatis mense occurrant. Attamen et extremis graviditatis mensibus occurrunt, ubi propter maius vasorum lumen vehementiores esse, et quamvis non foetui, organismo tamen materno maius periculum inferre solent.

§. 3.

Quandam dispositionem, ut ad reliquos morbos ita ad haemorrhagias procreandas efficacem esse, maxime eo probatur, quod multas videmus gravidas, vehementiores percussiones aut alias iniurias externas perpessas, tamen non haemorrhagiis affectas, in aliis contra iam exigua de causa haemorrhagiae nascuntur 1). Quare videamus, quaenam sit dispositio illa, et ubi contineatur, utrum in toto gravidae organismo, an in systemate

1) El. von Siebold Handbuch zur Erkenntniss und Heilung der Frauenzimmerkrankheiten. Frankf. a. M. 1815. Tom. II. §. 1148.

enitali solo. Ad causas disponentes, in toto corpore ontentas, referendae sunt:

a) Constitutio fortis robusta, plethorica et quaedam nde oriunda aucta praeter modum irritabilitas, congesionibus frequentioribus indicata, quae si uterum versus diriguntur, haemorrhagias activas adducunt.

b) Debilitas universalis praesertim erethica quae dicitur, morbis diuturnis aut profluviis omnis generis, ut penuria aut ex pravis alimentis nata, quae paranum chylum, temperaturae corporis gradum et inde oetus incrementum impedit. Morbi totius habitus, quos vocant cachexias, ut syphilis, scorbutus, arthritis, morbus scrofulosus et qui sunt alii, et febres obortae, quae ob triplicem maxime causam haemorrhagias valent inducere uterinas, quatenus nempe habitum corporis debilitant, relaxant solida, et humorum circulum adaugent 1).

§. 4.

Inter causas topicas, quae seminium haemorrhagiarum afferunt, maxime eminent:

a) Mutata per ipsam graviditatem uteri structura; nam si in utero organo, ad cuius functiones frequentiores sanguinis et secretiones et excretiones pertinent, qui tantis vasis praesertim venis, instructus est, iam

---

1) La Motte Traité complet des accouchemens. p. 239.

eo seminium profluviorum sanguinis continetur, dispositio haec, vasis per graviditatem ampliatis 1), maiorem ideo sanguinis copiam continentibus, rarefacto toto parenchymate et aucta vasorum facultate vitali, quae formata membrana decidua Hunteri indicatur, multum augescit.

b) Quaedam dispositio hereditaria ad haemorrhagias 2). In nonnullis enim foeminis, omnino sanis et corpore robustis et fortibus causis tamen exiguis haemorrhagiae inducuntur, quod inde tantum intelligi potest, quod iam mater, avia et abavia eodem laborarunt malo. Dispositae sunt illae praegnantes, auctore Hippocrate quae prolem lactare non desinunt, etsi rursus gravidae factae.

c) Debilitas systematis genitalis 3) per vitae genus otiosum, opiparum, lautum, balnea tepida frequentio-

---

1) B. S. Albini Tab. VII. uteri gravidi Lugd. Batav. 1748. fol.
Will. Hunters anatom. Beschreibung des schw. menschl. Uterus. Aus dem Engl. mit Zusaetzen von L. F. Froriep Weim. 1802. 8.
I. G. Roederer icones ut. humani Gött. 1759. fol.

2) El. von Siebold Lehrbuch der theoret. Entbindungskunde §. 449.
Ioerg Handbuch der Krankheiten des Weibes Leipz. 1821. §. 491.

3) Moschionis liber de mulierum passionibus. edid. Dewez, Viennae 1793. p. 199.

ı), per aërem gelidum, humidum, mutabilem 2), ita, ubi propter minutum humorum adfluxum ver- uterum et turbatam nutritionem foetus haud raro citur mors et exiguus motus vasorum laxorum rup- am proferre potest.

) Rigiditas quaedam uteri, ob quam ille ultra gra- n quendam extendi nequit. In tali uteri habitu tus, simulac in certum volumen increvit, uterum ı solum amplius non dilatat, sed adeo ad contra- nem irritat. Inde patet, quomodo fieri possit, ut lier semel abortum passa iterum gravida, eadem egnationis periodo, qua antea, abortiat. Haec uteri ditas proclivitatis ad abortum causa esse videtur in lieribus siccis, robustis, minus pinguibus, simulque ate provectioribus 3).

) Aucta facultas vasorum vitalis, quae ab utero sus placentam sive membranam deciduam Hunteri urrunt, faciliorem reddit rupturam vasorum 4), si- uteri rheumatismus et inflammatio.

) L. B. v. Swieten comment. in Aphorism. Boerhaavii Tom. IV. p. 429.

) Boerhaavii instit. med. p. 340.

) Roederer element. artis obstetriciae §. 721.

) Iohn Burns Grundsaetze der Geburtshülfe aus dem Engl. von Koelpin. 1820 p. 348.

f) Vitia uteri organica, indurationes, scirrhu per solam molem vicinas venas comprimunt, sang ad uterum delato et recursuro obstant, eundemque vasis uterinis accumulant, quod vitium praegressa c turna Leucorrhoea, suspicari possumus, porro car noma, polypi, tumores, sarcomata etc. Similiter, q modo uterus prolapsus haemorrhagias gignere po bene descripsit Ioerdens 2).

g) Placenta praevia circa ultimum praegnati tempus, tamen interdum etiam prius 3), haemorr giam efficit, dum nempe deducitur et dilatatur s mentum uteri inferius placenta ex parte solvitur, vasa sic hiantia sanguinem effundunt 4).

§. 5.

Ad causas in foetu positas, quae haemorrhagiam praedisponunt, pertinent:

---

1) Astruc Traité des maladies des femmes Tom. III. p. 213.

2) Loders Iournal Bd. II. p. 133.

3) Burns l. c. p. 351.

4) Roederer l. c. §. 276.
Levret l'art des accouchemens p. 39.
Epidemicas propter insidentem ori uterino placentam haemorrhagias vidit Melitsch in Starks neuem Archiv. Bd. III. p. 709.

Funiculus umbilicalis praeter modum brevis aut um foetum varie volutus.

Placentae et chordae umbilicalis vitia, quibus us nutrimento privatur, e. g. degenerationes in s 1), et indurationes placentae, constrictio nodosa, es funiculi, rupturae. 2)

Foetus iusto grandior, aut hydrope tumens, motu nto molestus, male situs 3), gemini, trigemini.

Tandem foetus mors inter causas haemorrhagiae habenda est.

§. 6.

Cum causae, e quibus dispositio ad haemorrhagias gravidi nascitur, tantae et tam diversae sint, poae quoque nocentes, profluvium ipsum proferre ntes, permultae et ratione effectus in organismum anum perdiversae sint, oportet. Bene dividuntur ynamicas et mechanicas. Dynamicis aut in totum us aut in uterum agentibus adnumerandae sunt, a. ni affectus, qni cum totum corpus subigunt, tum terum dominantur ipsum: Ira humorum circuitum

---

El. von Siebold Lehrbuch der theoret. Entbindungskunde §. 442.

Iusti in Stark's neuem Archiv etc. Bd. I. St. 4. p. 45.

Gaubii instit.. patholog. p. 466.

valde auget, hinc sanguinem violenter in vasa uteri impingit, eademque aut ultra naturae modum extendit aut lacerat 1). Habitum corporis externum to strictura arcta spastica Terror, sanguinemque intern versus pellit fortiter, hinc plethoram gignit ad v interna, vitia parit et errores humorum in arctissi canales infarctorum, per ruptos violenter, effusor Horrendos, qui terrorem secuti sunt, effectus obser runt medicorum multi: Viderunt a terrore ortos ortus Hildanus 2), Mauriceau 3) et Baudeloque 4).

b) Exercitium corporis auget impulsum in obstruc vasa et fluxum sanguinis per canales corporis 5) atq adeo per vasa uterina, uti experientia affirmat. Vid Hildanus 6) post immodicam et violentam sternuta tionem profluvium gravissimum et periculosissimum Foemina 7) sexto mense gravida, rheda nimis concuti

1) Exemplum habet Mauriceau Observations T. II. p. 194.

2) Observation. Chirurgic. p. 537 et seq.

3) l. c. T. II. p. 179, 203, 242.

4) vid. Salzburg. med. chirurg. Zeitung 1815 Nro. 59.

5) Schwencke Haemotolog. p. 34 et Astruc l. c. Tom. II. p. 85.

6) Observat. Chirurgic p. 442.

7) Mauriceau observat. etc. Tom. II. p. 241.

vecta, dolores ventris mox sensit, et abortum
:is post diebus passa est. Confectum ab alia prae-
nte iter laboriosum 1), similis secutus est eventus.
tra, modicum corporis exercitium omnino gravidis
venit, ex rusticis enim mulieribus licet ad levamen
ludere, quod in partu sentiunt, quae graviditatis
pore modice exercuerunt corpus foeminae 2).

Aër aestuans sanguinem rarefacit, ad rapidissi-
1 concitat motum, atque adeo contra vasa matricis
pellit fortiter. Quod effectuum inde pendentium
:ae observationes docent: Foeminae sub coelo ca-
ori degentes citius menstrua fundunt, sub frigidiori
is, vel omnino non: Anno aetatis nono solent in
is orientalibus catamenia prorumpere prima, dum
ninae in Groenlandia menstruis per totam aeta-
impune carent: Foeminae sunt, quae aestivo sole
ses stillant certo tempore, hyeme, nullos. Contra
dum aërem, subito admissum, sequuntur effectus
m terroris similes. Constrictae namque partes ex-
ae humores internos versus pellunt, coagulatur
uis. Quare ad invicem magis atteruntur partes in-
ae, fluidae, haud secus ac solidae, humorum cir-
s augetur, generatur plethora ad vasa interna.

Mauriceau ibidem p. 232.

Van Swieten Comment. etc. Tom. IV. p. 475.

Quin pluvia frigida in corpus subito delapsa, obs vante Astruc 1) menses provocare valet.

d) Utrum aër ob simplex, quod interdum re miasma noxium, haemorrhagias uterinas inferre val nec ne? futuri docebunt dies.

e) Pari cum externis passu incedunt quaecunque trinsecus in corpus agunt sive victus sive medicam quae stimulo suo sanguinem commovent et conge onem versus inferiora pellunt, ita ut placenta sustir se nequeat, sed ab utero dissipetur. Calefacien aromata, spirituosa, diutius ac frequentius su ta, praecipue vero omnia remedia drastica 2), diu tica fortiora et emmenagoga quae dicuntur maiori sa guinis versus uterum impetui favere constat.

f) Praeter dictas haemorrhagiae uteri gravidi ca sas efficientes per adauctum sanguinis impetum vers uterum, generales, dicendae restant uteri propriae v saltem magis partiales et immediate in matricem age tes: Sunt hae, coitus immodicus. Iam paulo po conceptionem propter magnum irritamentum et san guinis affluxum haemorrhagias uteri saepius vidit l Roy 3), spasmi etiam in uteri collo eo quod placen

1) Traités des maladies de femmes Tom. II. p. 84.

2) Mulieri in utero gerenti si alvus plurimum fluat periculum est ne abortiat. Hippoc. Aph 34. Sect. V

3) Von den Blutflüssen während der Schwangerschaf etc. a. d. Franz. übersetzt von Zadig Breslau 180 p. 7 et 8.

ab utero avellunt, haemorrhagias inferre possunt, semper dolores eas praecedunt, ut bene monet ns 1). Spasmorum vim haemorrhagias excitandi, ent similiter frequentiores metrorrhagiae in hypo-ndriacis, hystericis, foeminis et quae tenerioris sunt animi permotiones proclivioris naturae, iurgiosae. n quoque vermes ascarides intestinum rectum, sive nam ipsam rodentes 2), et corpora aliena vagina isa ut pessaria et quae sunt alia, quae compri-do venas, aut solo stimulo sanguinem ad uterina sollicitant.

§. 7.

Ad mechanicas haemorrhagiarum causas pertinent, isus vehementiores musculorum abdominis in alvi eiectione, nisus levandi onera gravia, porrigendae anus ad quandam altitudinem 3) et talia plura iti-em fluxus uterinos possunt proritare, quia partim ritatione sua sanguinis copiam nimiam ad uterum vicina loca congerunt, partim fortem inducentes usculorum contractionem uterum et vasa uterina emunt, comprimunt, contenta per vasa rupta ex-imunt.

---

l. c. p. 351.

Marx Observat. medic. p. 55 narrat haemorrhagiam uteri fugatis per enemata oleosa ascaridibus curatam.

Burns l. c. p. 348.

b) Iniuriae externae gravidis illatae, percussio abdo- nis, lapsus, praecipue pronus, quibus partim p- centae nexus cum utero destruitur, partim uterus contractionem irritatur, et partim tandem mai- sanguinis copia ad eum compellitur. Hinc et mo corporis nimius, saltatio, cursus, exercitatio, vectio rheda, risus, vomitus, sternutatio, tussis, singul- vociferatio, frequentes haemorrhagiarum uteri et a- ortus sunt caussae.

§. 8.

His igitur accuratius perpensis omnibus, quae hae- morrhagias procreare valent, iam a priori quod dicun colligere possumus causam earum proximam, minime semper eundem esse statum vasorum morbosum, sed in tantis tamque diversis causis praedisponentibus, aut dynamice aut mechanice in totum corpus et uterum agentibus, causa sit proxima aut organica aut dynami- ca, oportet. Sicut enim omnes haemorrhagiae vasorum sanguiferorum statu abnormi nituntur, indeque divi- duntur in eas, quae ab abnormitate vasorum dynamica et laesa eorum fabrica dependent, ita haemorrhagiae uteri gravidi e duplice hoc vasorum statu abnormi progressae inveniuntur, quamquam, quae laesa fabrica nascuntur, frequentiores sunt.

Ex Andreae Pastae (Discorso medico-chirurgico intorno al Flusso di Sangue etc. Bergamo 1751) tem-

ore omnes fere medici opinionis fuere, quamvis uteri avidi haemorrhagiam e dissoluta placenta derivandam se, quam opinionem recentiorum etiam obstetricio- m nonnulli sequuntur, alii 1) contra censent disso- tionem membranae decid. Hunt. ab utero haemor- agiis efficiendis iam sufficere. Ieiuna enim docuit servatio, gravidarum haemorrhagias, genuinas et ofusissimas, non omnem semper respuere medelam, c partum elidere, nec praegnationem ante tempus ringere omnem, quod tamen semper solutam se- itur placentam. Tandem ex utero ipso a vi externa edente, contundente, vulnerato sanguinem erum- re 2), aut erosionem uteri per materiam acrem, aut pta vasa aneurismatica aut varicosa sanguini viam tefacere, bene fieri potest, quae quidem causa gra- litatis non est propria, cum in quoque uteri statu tem locum habere potest. Quae cum ita sint, appa- causam proximam haemorrhagiarum ex laesa fa- ca natam, duplicem esse, nempe rupturam (...) orum ad placentam a, aut foetalem b, aut uterinam guinem ducentium.

§. 9.

Sed praeter hanc laesam fabricam dynamicum quo- e vasorum vitium causa proxima, haemorrhagiarum

) Le Roy l. c. p. 14. Burns l. c. p. 345.
) Mauriceau l. c. Tom. I. p. 170.

uteri gravidi observatur 1), quod sub forma morbi tam hypersthenici, quam asthenici obviam esse potest; in quo pluribus exponendo operam collocabo.

Hypersthenicae (activae) uteri haemorrhagiae oriuntur: si sanguis in uteri vasa nimia vi propellitur, eoque ob exiguam minusve proportionatam vitae actuositatem eius impetui parum resistunt. Sanguis tum minores arteriarum ramos rumpet aut earum orificia dilatabit, inque uteri cavum effundetur, ex quo tum per vaginam profluet 2). Sanguinis profluvia hypersthenicae indolis, ut experientia constat, rariora quidem sunt iis, quae cum morbo asthenico iuncta occurrunt, attamen exstare ea, negari nequit 3), cum in morbis hypersthenicis integerrimis sanguinis profluvia cum aliis ex partibus, tum ex utero occurrant. In gravido utero etiam obvia esse possunt, idque facillime, quia hic ob humorum graviditatis tempore ad ipsum factam congestionem, ad ea iam proclivis est 4).

---

1) Carus l. c. Bd. II. p. 255. Burns l. c. p. 348. seq.

2) Conf. Reils Fieberlehre Bd. III. §. 15. et annotatio Mursinna Krankheiten der Schwangern etc. Bd. I. p. 90 et 91.

5) Reil l. c. Bd. III. §. 109. B. 1. §. 113. Vogel Handbuch der practischen Arzeneiwissenschaft Bd. V. p. 161.

4) Doemling in Horns Archiv für medic. Erfahrung Bd. III. p. 29. et seq.

raviditas per se spectata, pro causa tantopere debi-
ante haberi nequit; humorum enim iactura, quam
emina ad foetum nutriendum facit, tanti facienda
n est, si consideres, organismum muliebrem fluxui
enstruo graviditatis tempore plerumque cessanti iam
suevisse; huc accedit, ut humores tam tarde detra-
ntur, ut eorum iactura valentibus interim assimila-
onis viribus semper restitui possit. Si tempore, quo
erum gerit mulier vel, commisso in victu vitio, vel
usis debilitantibus externis, concoctionis organa debili-
itur, et si iusta deficit reproductio, aut si inde te-
ra aetate infirmioris ea habitus fuerit, plerique om-
no morbi, quibus implicatur, naturae erunt astheni-
e. Experti autem scimus, hoc non semper accidere,
iltas enim gravidas ad extremum graviditatis tempus
cte valere et bene nutriri conspicimus, easque mor-
s vere hypersthenicis corripi, si causae incitationem
gentes illas affecerint. Haemorrhagiae uteri asthe-
cae (passivae) oriuntur, si uteri vasa absolute mi-
re vitali vi sanguinis impulsui resistunt, atque ita
s relative maiori vi in illa irrumpit ea extendit, di-
at vel perrumpit et ex iis egreditur.

Sed ne iustos libelli progrediamur limites, ad di-
nosin haemorrhagiarum transeamus.

§. 10.

Ad diagnosin recte formandam respicienda sunt e symptomata haemorrhagiam antecedentia et concomitantia.

a) Stadium prodromorum tantum praecedit, si haemorrhagia naturae est activae, vel ex causis nat. quae sanguinem placentam versus et uterina vasa fortius propellunt. Quare omnia signa praecedentia ea sunt, quae congestiones versus genitalia indicant, ut sensus lassitudinis et ponderis in pedibus, dolores ventris et lumborum per intervalla redeuntes et versus abdominis inferiora terminantes, stranguria et dysuria calor et intumescentia abdominis, intumescentia pudendorum externorum, pruritus perinaei, labiorum et ani: interdum etiam dolores mammarum, aut cum collapsu eorum aut cum intumescentiis nodosis iuncti, vel lactis aquosi ex iisdem profluvium. His accedit status febrilis, dysphoria, lassitudo artuum, calor, intercurrentibus horripilationibus. Pulsus plerumque frequentior et secundum profluvii characterem nunc plenus, fortis, durus et undosus, nunc parvus, spasticus, contractus, intermittens. Praeterea observantur cephalaea, palpitatio cordis, fauces aridae, aut vertigo, status spasticus, praecipue nausea et vomiturītiones.

b) His symptomatibus adauctis haemorrhagia ipsa intrat, quae, cum plerumque per vaginam aut

et aut cum impetu prorumpat sanguis (Haemorrha- aperta), haud difficilis erit cognitu. Simul os uteri atum, imo apertum est. Interdum quidem proflu- n ipsum dolores vehementiores aut remissiores ab- iinis, lumborum et pelvis concomitantur, saepe en nullis vexata gravida incommodis ex defluente um sanguine haemorrhagiam agnoscit 1). Incipi- bus vero uteri contractionibus mox dolores pun- tes, iis ad partum quidem similes, sed multo ve- ientiores, gravidam excruciant. Quae contractio- cum haud raro plures teneant dies, priusquam us onus expellit, aegrotae vita valde periclitantur. ritur in toto corpore defectus sanguinis ad sanita- necessarii, atque hinc color faciei pallidus, extre- um partium frigus, tremor artuum atque, si san- is iactura magna facta fuerit, dolor capitis, quem otae prementem describunt. Eodem gradu, quo uinis iactura energia minuitur, nervorum receptivi et sensilitas augetur, quare mox hyperaesthesiae ptomata observare licet, visus debilitatur, aurium itus et susurrus, talique modo omnes sensuum tiones varia ratione, alienatae apparent. Appro- uantem mortem declarant, respiratio brevis et

---

Joerg l. c. p. 543.

anxia, cutis frigida praesertim extremitatum, pall[illegible] totius corporis, lipothymia, syncope, convulsio.

§. 11.

c) Quodsi vero sanguis, quod interdum fit, p[illegible] vasa uteri aut funiculi umbilicalis rupta 1), vel p[illegible] ovi partem solutam 2), concreti cruoris grumis, a[illegible] foetus capite, aut placenta praevia, aut spasmis ut[illegible] orificio clauso, in utero accumulatur vel in abdomi[illegible] cavum effunditur, (Haemorrhagia occulta) haemorrh[illegible] gia dignoscenda erit e causis plerumque externis lae[illegible] dentibus, e dolore loci affecti pedetentim increscente[illegible] ex aucto abdominis tumore per totum uterinum tractum, e sero per pudenda profluente 3), e signis depletionis, quae sunt pallor, frigus, virium languor, lipothymia, syncope etc. Attamen interdum, si haud vehemens fuerit haemorrhagia, post partum tantum cognosci potest 4).

---

1) Justi in Stark's neuen Archiv für Geburtsh. B. 1. p. 45. La Motte Traité des accouehemens. p. 296.

2) Albinus annot. acad. Lib. I. p. 58. et Recueil period. Tom. II. p. 15. et Tom. III. p. 1.

3) El. v. Siebold Handbuch zur Erkenntniss etc. 1815 Bd. II. §. 1244.

4) Burns l. c. p. 347.

d) Placenta uteri orificio insidens soluta cognotur e profluvio ipso, postremo graviditatis tempore rante, quod nulla causa accedente excitatum suble augescit, ubi sanguis inter partus dolores, qui unt, vehementius prorumpit; digitis explorantibus pus spongiosum, inaequale, solidum, molle in uteri sentitur, et omni placenta ori uterino insidente, membranarum nihil tactui offertur, quae tamen as inter partus dolores tensae inque vesicae formam ensae plerumque deprehenduntur. Verum si plata partem tantum oris uterini obtegit, in parte era ovi membranas quodammodo percipere licet, tamen in vesicam snbrotundam extendi atque os ri satis dilatare poterunt.

e) Ovi partis solutae diagnosis ex iniuriae illatae ole, e minori haemorrhagiae vehementia, e dolori-s, colicis aut iis, qui mensium fluxum praecedunt 1) sumitur.

f) Haemorrhagiae uteri ex fissura vel laceratione stantiae matricis ipsius, quae aut uteri extensione nia, aut violentia externa effici possint 2), certe gnosci nequeunt, nisi gravidae dissectio instituitur, plerumque lethales sunt. Longe rarius quam ex

---

) Burus l. c. p. 346.

) Mauriceau l. c. Tom. II. p. 169. Mursinna von den Krankheiten der Schwangern. p. 238.

illa causa, haemorrhagia uteri ex ruptura vasorum funiculi umbilicalis nascitur, quam causam ante foetus expulsionem non posse intelligi, facillime patet.

g) Hypersthenica (activa) haemorrhagiae uterinae natura his cognoscitur indiciis: foemina haemorrhagia correpta est corpore firmo, succipleno et ante graviditatem et per eam bene valuit, menses usque ad conceptionem rite prodierunt, concoctionis atque assimilationis vires normales sunt, et huc usque victu bono et nutriente usa est, causae eae fuere, quae sanguinis circuitum nimis accelerant, pulsus ante haemorrhagiam atque initio eius, plenus et celer et durus, sed si qua sanguinis copia emanavit, mollior fit ac tardior, ac reliqua incommoda, ut lumborum dolores, capitis pressio et cuncta sanguinis aestuantis signa vel ex toto evanescunt, vel saltem haemorrhagia minuuntur.

h) Haemorrhagia asthenica (passiva) ex habitu gravidae infirmo, irritabiliore, languore, debilitate, animi demissione aliisque morbi signis, ut ex spasmis in abdomine, haemorrhagiam praegressis, cognoscitur. Pulsus acceleratus est, sed simul parvus et tensus, vel languidus et quasi suppressus; languor et debilitas pro sanguinis effluentis modo increscunt, sudores frigidi in fronte facile oriuntur, labia cum naribus livescunt, extremae corporis partes frigescunt, tremor artuum, sensuum stupor cum animi deliquiis accedunt.

§. 12.

Jam vero de haemorrhagiis his periculosis, ab uinis fluxu innocenti distinguendis pauca etiam proferenda sunt.

Sanguinem ex vagina, nec vero ex utero prodire, cognosces, si os uteri diligentius exploratum, arcte clausum repereris, si dolores in regione lumbari incipientes et antrorsum et deorsum versum collum uteri urgentes nulli sunt, si sanguis aequaliter quidem, at maiore tamen vel minore copia, nec vero cum pulsu e vagina profluit.

Venientes in gravidis menses, probe a veris uteri haemorrhagiis distinguendi 1), his cognoscuntur notis: si tempore, quo solent, revertuntur, si symptomata eos antecedere solita, etiam nunc apparent, si nulla causa externa accedente incipiunt, si modice fluunt, si exacto uno, aut aliquot diebus rursus desinunt fluere, si symptomata forte antegressa, iis incipientibus evanescunt, et gravidae sanguinis iactura levantur 2). Verae contra haemorrhagiae typum non servant, vehementiores sunt, diutius persistunt, causas externas sequuntur

---

Baudeloque's Geburtshülfe. Bd. 1. p. 230 et seq.

Vogel Handbuch der pract. Arzneiwissenschaft. Bd. 5. p. 155. 168.

aut aliis universalibus localibusque morbis c
iunctae sunt 1).

§. 13.

Quae sequuntur haemorrhagias uteri gravid
parte matricis sunt, laxitas vasorum uterinorum, at
adeo minuta vis resistendi impetui sanguinis irruen
quodsi namque iusto diuturnior vasa permeat sang
nimis copiosus, necessum est, ut vasa dilatentur ni
et tonum, quoad magnam partem, perdant natural
Quare experientia constat, haemorrhagias uterin
semper matricem ad novas disponere recidivas eo qu
dem magis periculosas, quo saepius saevierunt ante
haemorrhagiae, quemadmodum et ad fluorem album
ex laxitate nimia, imo ad rupturam vasorum uterino-
rum ipsam. In toto corpore oritur defectus sanguinis,
atque hinc exinanitio vasorum, unde pallor, immin
attritus et motus humorum, qui massae fluidorum
semper proportionales, et ex his frigus, praesertim
partium a corde dissitarum, stagnationes humorum in
vasis serosis, in quibus circulus semper debilior, inde
tumores hydropici: Imminuuntur secretiones et excre-
tiones, praesertim intestinales, et hinc appetitus ge-
neratim in his languet, ob communionem medii vita-

---

1) Baudeloque l. c. Bd. 1. p. 230.

esam languor irrepit ad deliquium et mortem ipusque. Depravatam nutritionem sequuntur ema-, teneritudo, agilitas, cum motibus hystericis, ulsivis, tabes, mors.

Ceterum differt progressus horum effectuum pro u ipsius haemorrhagiae vario; cito excipiunt imosam; lentam, tractu temporis praesertim immodin, sensim magis insequuntur.

§. 14.

Sed praeter hunc dictum effectum aut in totum ismum gravidae, aut in uterum, quem quaevis orrhagia uterina etiam non praegnationis tempore, ere valet, maxime abortus, haemorrhagiae sequela mplatione dignus est, qui, sicut experientia dorimis tribus mensibus saepius haemorrhagiam ex- quam a quarto ad septimum mensem, quia in ibus graviditatis mensibus placenta adhuc parva et minore sui parte matrici adhaeret, atque ita e sanguinis impulsu ex toto solvi potest, cres- autem graviditate, eius adhaesio latior fit et or atque minus facile ex toto solvitur. Phaeno- abortus maxima quidem ex parte iam supra inimus, ad accuratiorem vero eius cognitionem omena omnia, quae vel praecedunt, vel cum s expulsione simul apparent, vel subsequuntur ius examinare, iuvabit.

Prodomi abortus vel ad systema genitalium ferri queunt, vel sunt morbosae affectiones, quae p omnium organorum inter se invicem connexum, per sympathiam horum, totum afficiunt foeminei organismum.

Ad illa, et quidem initio leviora, symptomata censenda sunt: frigus partium genitalium, imo rig alternante aestu volatico, sensuque oppressionis et p nitudinis in coxendice. Quandoque uteri tumor i hypogastrio conspicitur conamina facientis foetum ex pellendi. Saepius vero fastidium, nausea, lumbago e hysteralgia gravativa ad inguina solent antecedere. Ac cedit sanguinis ex utero stillicidium, quod modo brev tempore desinit, modo in metrorrhagiam profusam abit, lethalemque praedicit exitum, si averti nequit. Nunc vires prosternuntur universae. Frigus occupare extremas partes, tenesmus fieri acrior, mammae exte- nuari, flaccescere, atque serosum repente effundere humorem; ex lassitudine, moestitia continua, cordis palpitationeque lipothymiam, syncopen fatalem origi- nem petere. Hacce corporis animique infirmitate et summa virium exanitione Abortus ipse subsequitur. Omnia quae iamiam exstitere phaenomena, augentur. Crescit cum cephalalgia, lipothymia et mentis dejectio. Haemorrhagia vel per brevioris vel longioris temporis spatium persistente, interdum singulis horis, interdum per hebdomades redeunte, vel semel solummodo exi-

te, contractiones uterinae vehementiores reddun- ex placentae disiunctione, vel ex sanguinis, vel us depravati irritatione conflatae. Nunc haemor- gia prorumpit vehementissima, quippe quod magis isque vascula divelluntur, uterum et placentam nectantia. Vaginalis portio et collum uteri expan- r, extenuatur, os ipsum hiat, aperitur magis ma- ue et foetus vel in velamentis ovuli adhuc inclu- ipse avellitur, vel liquor amnii vesicam in vagina prius ex tunicis ovuli formans, profluerat. At tur atque concutitur adeo non semper mater gra- , sed, et inprimis graviditatis mensibus prioribus res ad partum vel nulli, vel minimi sensiuntur, et o protruso bene se habet mater abortiens, ite- que cum viro coit ac concipit.

Absoluta foetus exclusione tertium incedit sta- n, secundarium scilicet, crebrius enim matris et cipue uteri huius pathemata plane non sunt ex- ta. Metrorrhagia saepius non inhibetur, cum ute- laxitate correptus, vel aliis vitiis destructus et tutus, nullas contractiones efficere queat. Pericu- summum imminet maternae vitae, et haud raro imit. In omni nimirum abortu sanguinis copio- efluxus energiam tum uteri tum totius cor- debilitare, atque ita erethismum et proclivi- n ad morborum seminia provocare et augere de- Vix numerandi sunt morbi hinc existentiae cau-

sam petentes, quique ad maximam partem nervo tribuuntur systemati.

§. 15.

In genere propter abortum, summam debilitate et remanentem ad haemorrhagias dispositionem, i lethalem sanguinis iacturam haemorrhagiae gravidarum uterinae periculo iunctae et timendae sunt, licet n semper in eodem gradu. Obortae semel, solent quidem redire frequentes, visae attamen, post inductos abortus plures, perstitisse in nova praegnatione insontes. Quare caute feras semper harum prognosticon, nec ubi gravidas videris haemorrhagia corripi uterina, mox conclamatam enuncies embryonis vitam, nec sanitatem matris.

In specie in omni uteri haemorrhagia in graviditatem incidente probe respiciendum est a, ad graviditatis stadium, quo contingit, b, ad copiam profusi sanguinis et ad temporis tractum, quo facta fuerit, c, ad gravidae constitutionem et tandem si apparent d, ad haemorrhagiae causas.

Quoad tempus iam supra vidimus primis graviditatis mensibus haemorrhagiam abortum facilius quidem sequi, attamen minus gravidae fert periculum, cum vasa uterina minoris adhuc sunt luminis, quam seriori

ore. Plurimi igitur affirmarunt 1), metrorrha- eo periculosiorem esse, quo propior partui sit ida. Verum eo pertinaciorem esse haemorrhagi- eoque periculosiorem, quo diutins partus rema-, hinc praeterito iam quinto graviditatis mense o minus periculi habere abortum quam antea, cum pluribus remediis ad extrahendum foetum uti pos- recte monet le Roy 2). Inhibetur enim in prae- ro foetu placentae solutio angustia oris uterini, uli umbilicalis teneritate, qua efficitur ut ille le- actione disrumpatur, ex placentae nexu cum ute- miori. Porro haemorrhagiae priorum mensium anice agentia remedia adhibere non sinunt, quod n ultimis mensibus urgente necessitate, licet 3). les ceterum haemorrhagiae primis mensibus raro vantur. Quae vero ultra dimidiam gestationem unt haemorrhagiae summum minant periculum, gradatim aucti uterini voluminis proportionem ntur pede presso, dilatatio vasorum, uteri debi- et laxatio compagis substantiae uterinae haud se-

---

) Mauriceau l. c. Tom I, p. 159 et 535, aphor. 46 Van Swieten comment. etc. Tom. IV p. 486 Wi- nicker Diss. de uteri haemorrhogia Gott. 1796. p. 18.

. c. p. 23.

El. von Siebold Handbuch zur Erkenntniss etc. §. 1251.

cus ac parietum vasorum, quibus instruitur matrix 1).

Quo maior copia sanguinis profusa fuerit et quo breviori tempore, eo maius fert periculum haemorrhagia, nam ni cito huis occurratur mox ingens debilitas, oscitationes frequentes, aurium tinnitus, lipothymiae, frigidus sudor, syncope, convulsio 2) mors sequuntur. Praeterea has vehementiores metrorrhagias semper fere sequitur abortus, nam si excreti copia magna et profluvium diuturnum est 3), saltem dissoluta placenta foetalis est causa, quae soluta raro tantum cum utero rursus concrescit. Si vero, praegnatione illaesa, per pudenda stillat sanguis ex utero, periculum minus erit quidem urgens, cum experti sumus, longiori tempore spatio magnam sanguinis copiam sine magno sanitatis detrimento amitti 4) et haemorrhagiam facilius aptis remediis sisti posse et rarius stillicidium abortu suspici, ast nihilo minus suspecta habeantur istiusmodi profluvia cruenta, quippe quae perniciosissima facile fiunt et in veras abeunt haemorrhagias.

Maxime vero prognosis ex gravidae constitutione et inde pendente sanitatis statu eruitur. Si enim gra-

---

1) Levret l'art des accouchemens p. 58.

2) In fluxu muliebri si convulsio et animi defectus advenerit, malum. Hippoc. Aphor. 56. Lib. V.

3) Burns l. c. p. 356.

4) In actis Lips. a. 1688. p. 205. epistaxis narratur, quae decem diebus plus libris septaginta sanguinis excernebatur, attamen aegrotus mox convaluit.

constitutionis est fortis et plethoricae, nec tole- morbis debilitatae, magnam sanguinis iacturam ıme perferre potest. In foeminis contra debilibus, titutionis gracilis, fibrae laxae, peius, mox nam untur lipothymiae, cephalalgia, syncope, mors 1). nullis quoque gravidıs est constitutio quaedam ria ut ita dicam fausta, ad perferendas haemor- ias apta, nam si in his etiam magna sanguinis ıra facta fuerit, attamen eo non valde vita peri- tur. Quam constitutionem non semper esse forti- n, robustiorem, sed haud raro imo debiliorem, iliorem, testantur medici illustrissimi 2). Mauri- 3) tandem observavit, orificium uteri molle, te- et aequale tactu, prosperam prognosin deducere nittere, contraria contrariam.

Iure periculossissimas habemus haemorrhagias a vi rna, laedente, contundente, vulnerante, cum vita solum sanguinis iactura, sed etiam laesione illata, clitetur. Haud ınimus exitiosae sunt, pellentibus, rtivis medicaminibus excitatae, quod haec tam facile removetur, causa. Lethale fatum gravidae sem-

---

Iohn Leakes Pract. Bemerkungen über verschiedene Krankheit. etc. aus. d. Engl. 1775. p. 197.

El. von Siebold Handbucb zur Erkenntniss. etc. Bd. II. §. 1252.

l. c. Tom. I. 170.

per fert ruptus uterus, cuius tristia leguntur passim apud medicos auctores documenta 1).

Ubi vero placentae pars uterinae (membranae deciduae Hunteri) aut a nimia irritatione totius systematis sanguiferi, aut a congesto in vasis humore nimio aut a motu mechanico, soluta haemorrhagiam induxit, profluvium plerumque penitus sisti potest, etsi quoque rediret, attamen nec infantem truderet, nec praegnantis sanitatem magnopere infringeret, cum sit excretum magis serosum et aquosum e vasis minoribus exque ori ficii uteri glandulis secretum 2). Timeantur tamen nec alto unquam spernantur supercilio inter has vel levissimae, cum iam praegressis iniuriis, vel vi mechanica, quae intulit haemorrhagiam, praegnanti haud secus ac foetui noxium iam inlatum esse potuit. A placentae foetalis ab utero disiunctione magnum in matrem et foetum redundat periculum, quoniam haemorrhagia ex hac causa nata semper est vehemens et abortu excipitur.

Placenta vel uteri collo adiacens, ita quidem, ut eius margo ad os uterinum porrigatur, id tamen non ex toto occludat, vel si pessime agitur, ori uterino insidens idque ex toto obturans eo maximum minatur

---

1) Mauriceau l. c. Tom. II. p. 206, Hildanus in observat. Chirurg. Cent. I. p. 79.

2) Burns l. c. p. 357.

culum matris et foetus vitae, quod dum uteri contiones exoriantur, vasa uteri et placentae communtia magis magisque rumpuntur, unde fit, ut haerhagia vehementior semper revertatur, et non nisi oestive adhibito manuum auxilio utriusque vita sertur.

Haemorrhagiae, e vasorum vitio dynamico ortae, diximus activas, per se spectatae, nisi si vehetiores sunt, nimiaque sanguinis copia celeriter ac o amittitur, minus erunt periculosae, inprimis idae, nisi foetui utero inhaerenti periculum crea-. Passivae indolis haemorrhagiae mulieri et foedem minitantur periculum, illi, quod amisso nisanguinis ex humorum defectu vires defetiscuntur e enata inde cachexia et febre hectica consumitur; quod, etiamsi sanguine uterum nimis impetente, rius haud eiectus fuerit, haemorrhagia tamen lontempus tenente, nutrientibus, quae ab infirmata e sat magna ei copia subvehi nequeunt, defectus morietur, atque ut corpus alienum utero excluum erit.

CURRICULUM VITAE
EX DECRETO
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
BEROLINENSIS
ADIECTUM.

Ego Adolphus Kroeber, Grosbargae, Silesiae inferioris pago, die XVIII mensis Augusti anni MDCCXCVIII natus sum patre, verbi divini ministro, matre e gente Hoepfneriana.

Primis litterarum elementis, quibus iuventus erudiri solet, a patre optimo instructus Vratislaviam anno MDCCCXIV me contuli ac Gymnasium, quod ibidem nomine St. Elisabethae floret, adii, ubi per triennium litteris operam navavi, ducibus viris maxime venerandis. Examine peracto, testimonio maturitatis instructus, die XX mensis Septembris anni MDCCCXVII. a Cel. Bartels t. t. Rect. Magnif. civibus academicis atque a Cel. Benedict, t. t. Decano ordini medico adscriptus sum.

Cel. Rochovsky de logica, Cel. Fischer de che- experimentali et pharmaceutica, de analysi aqua- medicatarum, nec minus de corporum organico- chemia et reagentibus, Cel. Steffens de coloribus, et calore, de anthropologia et de physice expe- entali disserentes audivi. Beatus Heyde botanices nenta, Cel. Otto osteologiam, syndesmologiam, hi- iam foetus, anatomiam comparatam, anatomiam versalem tum theoreticam tum practicam me do- runt. Cel. etiam Rosenthal ducem in dissecandis averibus habui. Cel. Klose de encyclopaedia me-, de pathologia speciali et de morbis psychicis, Wendt de venenis et antidotis et methodo for- as medicas rite concinandi, praelectiones frequen-. Cel. Bartels electricitatem animalem, physiolo- a organismi humani, de generatione et stadiis vitae trinam, pathologiam generalem, temperamenta inum et contagiorum rationem mihi tradidit. Cel. edict in chirurgia universali, ophthalmiatrice et in fasciarum et instrumentorum chirurgicorum et eriae medicae doctrina nec minus chirurgia practi- liscendis, dux mihi fuit. Cel. Remer therapiam eralem et specialem debeo, nec minus in clinico lico eius auspiciis florente, versatus sum.

Postquam hac in Musarum sede lectiones iam enu- atas frequentaveram armaque per annum in legi- vigesima secunda peditum tuleram, Berolinum me

contuli, ubi ab Ill. Goeschen t. t. Rect. Magnif. numerum civium academicorum die XIV mensis Oct bris anni MDCCCXX receptus has frequentavi lecti nes, Ill. Rudolphi de anatomia organorum sensuu et de Entozois, Ill. Link de pharmacologia, Ill. Siebold de arte obstetritia, Ill. Berends de mor mulierum. Neque mihi ad instituta clinica Ill. Hu land, Ill. Berends, Ill. Graefe et Ill. de Siebold a tum negaverunt. Quorum omnium Ill. Virorum m moriam gratissimam nulla unquam oblivio in ani meo extinguet.

Iam vero tentamine examineque rigoroso peractis, spero fore, ut post dissertationem han palam defensam, summi in medicina et chirurgia h nores in me conferantur

---

THESES DEFENDENDAE.

I.

Omnium morborum chronicorum causa proxi aut vitio dynamico aut organico continetur.

II.

Omnis morbus est universalis.

II.

Gastrohysterotomia partui, artis ope praematu praeferenda est.

IV.

Plenus venter studet libenter.
